Magni Sigilli Cesarei, et Cesareorum magnorum ope-
rum Custode Ill.mo D.no Athanasio Laurentiewicz
Ordino Nasczokin, et Canc.rio Joanne Saninow filio
Horochowa.

Mag.co D. Petro Dorosenko Gnalissimo Exercituum S. R. M.tis et Reip.ce Zaporisiensium; Item Mag.cis DD. Colonnellis, Centurionibus, Legionarijs, Decurionibus, Atamanis, Asaulis (ita vocantur aliqua officia militaria Cosaccorum) totique Exercitui Zaporosiensium, ac Universis Superioribus tam Spiritualibus, quam Secularibus in Ukraina existentibus post commendationem officiorum amicabilium, significamus Nos primam causam suscepisse iuxta pacta Andrusiana circa pacificationem Ukrainae, et turbolentias sedandas, et licet diversae ad Nos pervenirint Notitiae, quasi D.nes Vestrae dubitando de ambobus N.ris Monarchis, de charitate, et gratia ipsorum, deberent inclinare studia ad protectionem externam. Nos tamen huic non adhibemus fidem, considerando id potissimum, quod non respiciat tam impius Christianus, et Atheus, qui animam suam Sanguine Christi redemptam sua sponte, et liberè distretioni inimicorum Crucis tradere, et consequenter in aeternam damnationem detrudere vellet. Cum sciamus d.vas D.nes ob defensione Christiani nominis ob auctum gloriae Sarmaticae, Gentis copiosè Sanguinem fudisse, et impetus dd. inimicorum famâ fortitudinis suae omnia secula sustinuisse et repulisse; Igitur respiciendo pacta Andrusoviana, quae volunt, ut Christianitas Ukrainen